



casadesarmento

centro de estudos do património

Revista de Guimarães

Publicação da Sociedade Martins Sarmento

DOCUMENTOS INÉDITOS DOS SÉCULOS XII-XV. MOSTEIRO DE SOUTO.

GUIMARÃES, João Gomes de Oliveira

Ano: 1892 | Número: 9

Como citar este documento:

GUIMARÃES, João Gomes de Oliveira, Documentos inéditos dos séculos XII-XV. Mosteiro de Souto. *Revista de Guimarães*, 9 (1) Jan.-Mar. 1892, p. 17-19.

Casa de Sarmiento
Centro de Estudos do Património
Universidade do Minho

Largo Martins Sarmento, 51

4800-432 Guimarães

E-mail: geral@csarmento.uminho.pt

URL: www.csarmento.uminho.pt



Este trabalho está licenciado com uma Licença Creative Commons
Atribuição-NãoComercial-SemDerivações 4.0 Internacional.

<https://creativecommons.org/licenses/by-nc-nd/4.0/>

DOCUMENTOS INEDITOS

DOS

SECULOS XII-XV

(Continuado do volume anterior, pag. 208)

MOSTEIRO DE SOUTO

XCVII—XXXII E

1317

Praso de meio Casal de Estruffe de Paços

In nomine domini amen. Nouerint vniuersi quod in presentia mej Rodericij iohannis tabellionis publicij bracarenensis et testium subscriptorum et ad hoc specialiter uocatorum et rogatorum Martinus. . . . canonicus ac procurator Religiosorum virorum Martinij dominicij prioris et conuentus monasterij de Sauto ut apparet per quandam sigillatam procuracionem sigillij dictij prioris cuius procuracionis tenor talis est. Nouerint vniuersi presentis procuracionis instrumenti seriem inspecturij quod nos Martinus dominicij prior monasterij de Sauto ordinis sanctij augustinij Bracarenensis diocesis et conuentus eiusdem flacimus constituimus ac etiam ordinamus procuratores nostros Martinum petri et Martinum martinij canonicos nostros et eorum quemlibet ita quod non sit melior conditio occupantis quod ipsi et quilibet ipsorum nomine nostro et dictij monasterij possint enprazare possessiones herdamenta et casalia dictij monasterij pro ut sibi uisum fuerit expedire. Et ad omnia alia et singula faciendum que veri et legitimij possint et debent facere procura-

tores et que nos facere possemus si personaliter interessemus etiam si mandatum exigant speciale ratum et firmum perpetuo habiturj quocquod per dictos procuratores et eorum quolibet actum seu procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum. In cuius rej testimonium Ego dictus prior cum consensu conuentus predictj huic procuracionj sigillum meum apposuj in testimonium ueritatis. ffacta carta procuracionis apud dictum monasterium de Sauto xv. die octobris anno dominj millesimo ccc. xvii. Emplazauit nomine dictj monasterij Petro iohannis laico de struffe et vxori sue Marie martinj hac absentj et vnj persone quam superstes in mortem suam duxerit nominandam medietatem illius casalis quod dictum monasterium habet in loco de struffe de Paaços. cum omnibus iuribus et pertinentiis suis ad habendum tenendum et possidendum in tota uita ipsorum hoc modo uidelicet et condicione quod dent anno quolibet pro omnibus iuribus dicte medietatis casalis sex morabetinos ueteres medietatem uidelicet anno quolibet pro uigilia Natalis et aliam medietatem pro festo Pasce et dare insuper anno quolibet vnam taligam de milio cum vna ffrangana omne per eum per omne suum herdamentum et viii. geiras pro ad cauandam vineam dicti monasterij. Et non debent dicte persone dictum casale uendere nec obligare nec inpignorare nec dare nobilj militj ut ipsum casale teneat nec alicuj alij nisi talj si contingat que sit conditionis sue et de qua dictum monasterium possit integre habere iura sua. Et non debent quocumque modo alienare proprietatem nec detentionem ipsius casalis debent etiam esse obedientes. . . . non uocare alium dominum contra ipsum. Et non debent de dicto casalj facere seruicium alicuj alij et non debent in eo nutrire generosi uel potentis filium seu filiam Et si contra premissa uel aliquod premissorum uenerit perdeant dictum emplazamentum et ius quod in eo habuerint. Post mortem uero dictarum personarum dictum casale cum sua benefactoria remaneat dicto monasterio libere et in pace. Et debent dicte persone dictum casale plantare refficere et meliorare et facere in eo quantam benefactoriam facere potuerint. Siqua uero partium contra premissa uenire temptauerit pectet alterj partj huic plazo otemperantj d. solidos nomine pene et plazo isto nichilominus in suo robore duraturo. Cuj emplazamento venerabilis vir domnus Johannes siluestri (?) Canonicus Ecclesie Bracarenensis ac generalis vicarius Reuerendj patris domnj Johannis diuina prouidentia archiepiscopr eiusdem qui sibi constitit iuramentum Laurentij michaelis clericj dictj monasterij dictum emprazamentum cedere ad uti-

litatem dictj monasterij visoris ad hoc datj auctoritatem suam prestilit pariter et assensum. testes Johanes de Santarena Alfonsus martinj tabelliones Bracarenses. Fernandus stephanj seruus dictj vicarij et alij et Ego uero tabellio supradictus qui premissis omnibus interfuj ad instantiam dictj Petri iohanis confecj inde hoc publicum instrumentum signo meo signatum in testimonium premissorum. Actum Bracare XIX. die Octobris anno dominj millesimo CCC.XVII. Johanes. Fernandus. Gonsaluus + .

Et ego vicarius supradictus ad maiorem certitudinem hoc instrumentum emprazamentj sigillarj feci sigillo Curie Bracarensis.

Tagilde — 1891.

(Continúa).

OLIVEIRA GUIMARÃES.